

Ioan. 11. mortuus. Ioan. 11. n. 32. Sciebat sancta scemina, quod à Christi presentia mors destrueretur, & vita manabat; tanquam si diceret quantum apud nos fuisset, nulla mors est causa appropinquare sed vita tecum fonte vitæ stetit: quod secus factum est, postquam decessisti, vita abiit & mors est ingressa. D. Cyrill. Alexandr. lib. ... cap. 20. Dum nobiscum presens fuisti, non mors, non infirmitas aliqua nobis appropinquare ausa fuit, apud quos vita hospitari noverat: ubi decessisti affuit mors, qua fratrem nostrum acerbo funere rapuit. Apud quos Christus hospitatur, & digne recipiunt in Sacramento altaris, ipsi à morte liberantur, & æterna vita donantur.

QUESTIO XXIV.

Quare per lignum vitæ intelligitur simul Sacra Eucharistia, ac Crux Christi?

VT dixi quæst. 21. & 23. lignum vitæ adumbrat Crucem Christi, ac Sacram Eucharistiam; & inter utrumque mysterium magna est connexio, & sympathia. In Eucharistia est Christus verus Agnus immolatur, etiam & in Cruce, diverso tamen modo. In Cruce cruentè, ac effuso eius sanguine: in Eucharistia incruentè, in exemplo, ac imagine representativa Passionis eius, ut docet D. Thomas 3. p. q. 73. art. 1. in corpore.

Quod etiam multis videre est, pane de Cælo præferto alimur: navit Deus populum suum in deserto. Exod. 16. num. 14. quod referens Iosephus lib. 2. Antiq. ait quod dum Moyses præcabundus palmas attollit, res de Cælo delabitur, cum in manibus concrevisset suspicatus ille à Deo demitti, degustat, ac mox degustatam aliis offert, ut experti crederent. Obiter in Moysè nota conditionem boni Prælati ac ministri: manna accipit, non tamen sibi retinet, nec in manibus extenuat, sed in eis concrefcit, ad aliorum, miseriam sublevandam, per quos distribuitur in rem nostram. Manna ut est vulgare apud Patres typum Sacræ Eucharistiæ exprimebat, & Moyses ad illud accipiendum brachia extendebat versus Cælum, palmas attollens, Crucis figuram ostendebat; in quarum rerum umbra denotabatur Eucharistiæ convivium cum ligno Crucis connecti.

Cum his consonat id quod de Agno Paschali narrat Iustinus Martyr in Dialogo cum Triphone Apol. 2. & refert Suar. tom 2. in 3. p. q. 46 art. 4. in Comm. in fine. Agnum illum typicum veru ligno admodum Crucis formato ab Hebræis in igne versari, & quia inter Crucem, & eucharistiam magna est connexio Agnus ille typus etiam erat Sacræ Eucharistiæ, ut canit Ecclesia.

In figuris præsignatur, cum Isaac immolatur Agnus Pascha deputatur, datur manna Patribus.

Vidit Isaias 6. n. 2. In solio excelso, & elevato Seraphim stabant super illud; sex ala uni, & sex ala alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Stabant Seraphim super solium, obsequium Deo præstantes, duabus alis contractis velant caput, duabus alis contractis velant pedes: & duabus mediis expansis figuram Crucis denotantes, ut innuit Rupertus, volant: Rursus duabus alis, caput, scilicet Divinitatem, velant duabus alis pedes, Christi scilicet humanitatem, velant: mysterium Ecclesiasticum innuentes, ut ait Leo à Castro, in quo Divinitas ac humanitas velata est regmine specierum: Duabus verò volabant Seraphim, Domini pectus in quo amoris est sedes ostendentes: nam in hoc Eucharistico, ac Crucis Sacramento, maxime Divinus amor sese ostentavit, ac nostro intellectui ad considerandum objicitur.

Deprecatur

184. Deprecatur Regius Vates Dominum dicens: Sub umbra alarum tuarum protege me: à facie eorum, qui me afflixerunt. Psal. 16. n. 9. Postulat Prophetia magnam securitatem ac tutamen, & ad hoc confugit ad Dei alas, cur non potius exoptat scutum gladium, vel manum Dei, quare ergo protectionem ab inimicorum infidiis requirit sub dei alis. Protege me sub umbra alarum tuarum. Pulchrè D. Ambr. lib. 4. Hexamer. cap. 5. Sub umbra alarum tuarum protege me, ait, umbra quidem, quæ a corporis est: umbra, quia Crucis Desiderabat simul protegi Crucis, ac Eucharistiæ clypeo. Ideo dicebat, sub umbra alarum tuarum protege me. Avis dum volat extensis alis figuram Crucis indicat, & simul corpus suum aperit, & ostentat: inde David desiderabat à Deo protegi sub umbra alarum suarum, ut alis expansis instat Crucis, seu signo Crucis, & corpore eius ostenso, ac objecto ipsum protegeret, & defenderet, Umbra quidem quæ a corporis: umbra quia Crucis.

185. Cum æternum amicitiaæ fœdus iniret Jacob cum focero suo Laban pro firmitatis stabilimento ait textus Gen 31. n. 45. Tuli Jacob lapidem & erexit illum in titulum. Et tandem subditur ibid. n. 54. Immolatis vitulis in monte, vocatis fratres suos, ut ederent panem. Vult Jacob celebrare, ac firmare pacem cum Laban, cur pro illius stabilimento non facium scripturam authenticam in tabulis ferreis, & æneis ut fecerunt Romani cum Machabæis, vel cur non sibi mutuo dant munera in amicitia pignus, ut fecit Jonathas cum Davide, sed erigunt lapidem in titulum pro celebranda, ac firmanda pace, quæ est seminarium totius boni, ac omnis felicitatis. Teste Ruperto Lapis ille erectus significabat Christum pendentem in Cruce; panis verò qui in cibum dabatur, ipsummet Christum in Eucharistia Sacramento, quia pro certo habuerunt, quod omnis pax felicitas, ac prosperitas sub umbra Christi in Cruce, ac divingo pane venit, introducitur, firmatur, ac in perpetuum stabilitur. Rupertus apud Lippom. in Expositione mystica. Lapis hic erectus, ait, in titulum Christum significat, & quid est ad confirmationem pacis in monte sumere panem, nisi de mensa Domini corpus, & sanguinem Christi pariter manducare, & bibere. His firmatur, & stabilitur pax, & omne bonum.

QUESTIO XXV.

Quisnam sit iste Paradisus Dei, in quo est lignum vitæ?

186. At Christus in presenti: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. Loquitur hic Christus ratione naturæ humanæ, quæ Patrem vocat Deum suum; ut Joan. 20. num. 7. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum: & Psal. 2. n. 1. Deus, Deus meus, quare me dereliquisti: & Joan. 14. n. 28. Pater major me est.

187. Quæstio tamen principaliter inquirat, quid hæc intelligatur per Paradisum, in Paradiso Dei mei. Quod est explicandum juxta modam,

quem lignum vitæ acceperis. Si dicas lignum vitæ significare visionem beatam, tunc planum est, quod per Paradisum intelligitur ipsa cœlestis patria, ac beatitudo.

Si verò dicas juxta sup. erius dicta quod per lignum vitæ intelligitur sacra Eucharistia, tunc Paradisus denotat Ecclesiam militantem. Richard. de S. Laurent. lib. 12. de B. Virg. Maria sic ait, Quod est in Paradiso Dei mei, in Ecclesia militante per presentiam corporalem in Sacramento altaris. D. Chryso. homil. 24. in 1. Cor. Nam dum in hac vita sumus, ut terra nobis Cælum sit, facit hoc Sacramentum. D. Thomas hoc loco ait: Paradisus dicitur Ecclesia, quia Deus in ea suos amatores nutrit, & reficit suavissimis refectibus. Richard. de S. Victore hic: Ecclesia Paradisus, ait, propter securitatem, & jucunditatem, quam a Deo, & in Deo habet.

Richard de S. Laurentio lib. 12. de laudibus B. Mariæ Paradisum dei interpretatur sanctissimam Virg. Mariam: & sic ait, Maria hic hortus, hic Paradisus est voluptatis, cuius principalis arbor lignum vitæ, scilicet Christus D. qui bene dicitur lignum vitæ, quia mortis defectum fugat, immortalitate fructus sui: scilicet Eucharistia: dicitur, sed non competit hic fructus nisi victoribus viciorum. Unde Apocal. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ: quod est in Paradiso Dei mei, Paradisus Maria est. Et S. Basilius Seleuc. Orat. 30. ait. Ave florentissima Virginitatis Paradise, in quo lignum vitæ lætam producit fructus omnibus saluantes. Maria cœlestis est Paradisus quæ nobis produxit lignum vitæ nempe Christum D. qui postea cessit nobis in cibum salutarem.

Rupertus lib. 4. in Cantico optime probat Virginem Mariam esse Paradisum cœlestem, terreno Paradiso multis titulis excellentiorem. Primò, nam ille Paradisus fuit terrenus homini terreno datus ad habitandum: hic autem fuit cœlestis homini cœlesti ad commorandum consecratus: ille concessus est puro homini, qui delicto suo Paradisum claudit, ac totum genus humanum sedavit. Hic designatus est homini Deo, qui sanguine suo Paradisum aperuit, illoque totum genus humanum mundavit, ac lavit Rupertus. Ille est Paradisus antiquus, Paradisus terrenus: iste est Paradisus novus, Paradisus cœlestis. In illo posuit Dominus Deus hominem quem formaverat: in isto formavit hominem, qui apud ipsam in principio erat Verbum, & Deus erat Verbum. Ex quo rectè inferes, quantum hic secundus homo primo homini antecelluit, tantum planè hunc cœlestem Paradisum illi terrestris anteposendum.

Secundò, Paradisus terrestris non solum multiplici arborum varietate plenus fuit, sed etiam ligno vitæ æternæ singulariter amœnus; hic autem Paradisus cœlestis omni virtutum germine abundavit, & lignum æternæ vitæ Christum D. produxit, ut modò dixi, & ait hic Rupertus. Ipsum quoque lignum vitæ, Christum Deum & hominem; Dominum Paradisi cœlestis edidit. Et ut ipse observat, nullum in Beata Virgine pieratis, ac sanctitatis germen defuit; quod confirmat ex verbis sponsi: Emissiones tuæ Paradisus malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Cyprus cum nardo, nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum unice, sis lignis Libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis



Cant. 4. In Dea Maria omnia dona gratia, ac omnes virtutes.

192. Tertiò. Paradisus terrestris, quamvis ab initio grata semper amoenitate vernaret, tamen alterna fructuum nascentium, & cadentium varietate, ac vicissitudine mutabatur. Imò jam nunc fortè sua viriditate, & fertilitate viduatus exarescit: nam juxta multorum sententiam evanuit: At in sacratissima Virgine nunquam illa gratia, illa sanctitas, illaque virtutum gemina emicuerunt, imò felicius in dies pullularunt. Hinc ab sponso suo dicitur Virgo, Hortus conclusus savor mea sponsa, hortus conclusus. Cantic. 4. num. 12. Non comparatur campo, prato, vineæ, nam hæc bona parte anni marcescunt, viriditate vduata sunt, sed horto, qui quotidie novo partu, ac germine virefcit, ac florefcit. Sic sanctissima Virgo semper in continuas virtutum actiones erumpēbat, ex quibus sequebatur, ut semper vernanti similis horto videretur. Rupertus, Inde, ait, nominatur hortus, quod semper ibi aliquid oriatur: quia cum alia terra, semel in anno aliquid creet, hortus nunquam sine fructu est, Unde ergo hortus es tu, o dilecta dilecti, nisi quia in te natum est aliquid, quod nunquam definit; & fructus tuus nunquam marcescit.

Cantic. 4. B. Maria semper producebatur nos virtutum flores.

Rupertus.

103. Rupertus.

Maria multipliciter clausa omni peccato, omni pena.

Gen. 3.

Pfalm. 84.

194.

192. Tertiò. Paradisus terrestris, quamvis ab initio grata semper amoenitate vernaret, tamen alterna fructuum nascentium, & cadentium varietate, ac vicissitudine mutabatur. Imò jam nunc fortè sua viriditate, & fertilitate viduatus exarescit: nam juxta multorum sententiam evanuit: At in sacratissima Virgine nunquam illa gratia, illa sanctitas, illaque virtutum gemina emicuerunt, imò felicius in dies pullularunt. Hinc ab sponso suo dicitur Virgo, Hortus conclusus savor mea sponsa, hortus conclusus. Cantic. 4. num. 12. Non comparatur campo, prato, vineæ, nam hæc bona parte anni marcescunt, viriditate vduata sunt, sed horto, qui quotidie novo partu, ac germine virefcit, ac florefcit. Sic sanctissima Virgo semper in continuas virtutum actiones erumpēbat, ex quibus sequebatur, ut semper vernanti similis horto videretur. Rupertus, Inde, ait, nominatur hortus, quod semper ibi aliquid oriatur: quia cum alia terra, semel in anno aliquid creet, hortus nunquam sine fructu est, Unde ergo hortus es tu, o dilecta dilecti, nisi quia in te natum est aliquid, quod nunquam definit; & fructus tuus nunquam marcescit.

Et magno mysterio hic hortus virginis semel, atque iterum dicitur conclusus. Rupertus. Bis hortus conclusus dicitur, ait, propter conceptum, & partum: quia in utroque mirabile est, & amabile miraculum: quod neque corrupta ex conceptu, neque violata partu. Deinde hic hortus bis dicitur conclusus ob geminum custodiæ monumentum, quo ejus corpus, & anima servabantur. Sic pergit citatus Abbas; Nam uterus tuus nulli carnali commercio accessibilis; & mens tua nulli spiritali nequitia fuit unquam penetrabilis. Perpende verba accessibilis, & penetrabilis; quæ non solum peccandi actum, sed quodammodo potentiam excludunt: Tantis beatissima Virgo gratiæ præfidis muniēbatur, ut nullis tentationum machinis expugnari posse videretur; indeque bis etiam dicitur hortus conclusus omni peccato, sive originali, sive actuali; omnique peccatæ sive sensus, sive damni. Irruit quidem tartareus serpens in Paradisum terrestris; sed ad tuos pedes Virgo sanctissima statim corrui, quæ illic caput contrivisti. In Paradiso terrestris, habuit terra maledictionem; Maledicta terra in opere tuo. Genes. 3. n. 16. In te verò omnis terra habuit benedictionem, Benedixisti Domine terram tuam. Pfalm. 84. n. 2. O in qua is iste virgineus Paradisus præcellit terrestris illum.

Quartò. Ex terrestris Paradiso ascendeat fons; & ex fonte fluvius egrediebatur ad irrigandam universam terram; at ex te Virgo

sanctissima ait Rupertus, Fons ille ascendit qui apud Deum erat: & vera lux erat, sicut scriptum est. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Pfalm. 35. num. 16. Confert illum fontem, qui è Paradiso egressus universam terram irrigabat; cum hoc fonte vitæ Christo D. qui ex Virgine exortus, totum orbem suo sanguine lavit, ac ex suis sceleribus expavit. Quantò ergo fons illo suavior, & divinior existit: tanto hunc cœlestem Paradisum illo terrestris fecundior, ac felicior extitisse competum est.

Ex illo terrestris Paradiso egrediebatur fluvius, qui in quatuor capita divisus, universam terram fecundabat. Ex te o Virgo sacratissima, ait Rupertus egreditor Scriptura, quæ in quatuor Evangelia distincta, totam Ecclesiam irrigat, ac fecundat, Nam per te, ait ipse, initium accepit sanctum Evangelium: ut per universum mundum, spirituales irriget Paradisum.

Aliter Petrus Cellens. lib. de panibus c. 12. videtur rem explicare in laudem Beatæ Virginis, ait enim quod Divina gratia est velut fluvius ille Paradisi, qui inde dividitur in quatuor capita. Gen. 2. num. 10. Nam gratia divisa est in Cœlo inter Angelos; in terra inter homines viatores; in purgatorio inter animas; in limbo inter antiquos Patres, qui ibi commorabantur; unde ut ait ipse Petrus Cellens. Simul collecta gratia plenitudo, nullatenus creatura humana capacitati potest comprehendere; tamen privilegio Filii sui Maria mater Dei aspersione Spiritus sancti tota Deitatis gratia est superfusa. Cum tota gratiæ collectio in una creatura humana veluti non posset contineri, per quatuor illos rerum status divisa est. At Maria privilegio Filii sui omnem gratiam in se collectam habuit, quæ tanquam fluvius Paradisi ad irrigandum per omnes distribuit, ac dividit.

Ait Angelus ad Virginem, Ave gratia plena. Luc. 1. n. 28. ex quibus verbis multas Virginis excellentias colligunt sancti Patres. D. Chrysol. ferm. 42. Ave gratia plena: a r, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. D. Ambrosius ferm. 1. in Lucam. Verè gratia plena, ait, quæ largo gratiarum robore totam funderet, & profunderet creaturam. Richard. de S. Laurent. lib. 1. de laudib. Virg. c. 4. Bene, ait, dicta es gratia plena, & in tantum plena, ut ex tuo redundante robore hauriat mundus. Unde recte D. Joan. Damasc. ferm. 2. de ea sic ait. Anagnatum verè Cœlum appellata, in cœlestibus collocatur tabernaculis; Sicut enim influentiis materia Cœli omnia generantur, nutriuntur, & crescunt; sic omnia in esse spiritali per Mariæ influentias habent generationem, nutritionem, & sui augmentum.

SECUNDA DOMINI Epistola.

apoc. 2. n. 8. Et angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe; hæc dicit primus, & novissimus, qui fuit mortuus, & vivit.

Num. 9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam; sed dives es, & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Satanæ.

VERSIONES.

Arias n. 8. Et Angelorum Smyrnæ Ecclesiæ scribe, &c. qui fuit mortuus, & vixit. Alii, & revixit.

Syrus. Hæc dicit ille primus, & ille ultimus.

Arabicus. Qui factus est mortuus, & vivit.

Tygar. n. 9. Novi opera tua, & afflictionem. Sed sunt Congregatio Satanæ.

Primasius. Scio tribulationes tuas. Syrus. Et blasphemiam, quæ ab ipsis proficiscitur, qui se dicunt Iudæos.

Arabicus. Quod sustines convitia eorum, &c. imò sunt Congregatio.

Verabl. Sed tant concilium Saranæ alii. Caterva.

EXPOSITIO VI.

198. ANGELO Smyrnæ Ecclesiæ scribe. Hæc est secunda Epistola Christi ad Episcopum Asiæ Smyrnensem missa, & sub ejus persona ad quoscumque Episcopos; ac fideles integræ, & perfectæ vitæ. Creditur huic Episcopum fuisse S. Polycarpum, & satis convenit, maxime laudatur nulla addita reprehensione. Hæc dicit primus, & novissimus. Ex multis, quæ in prima visione apparuerunt, hæc epitheta accommodantur Episcopo Smyrnenfi quia ipse citò ducendus erat ad Martyrium, ut in eo forti, ac constanti animo esset cum pateretur ob illum, qui primus, & novissimus erat, utpote omnipotens. Vide quæ dixi superiori capite ad vers. 18. Ac proinde benevalens tibi optulari, tibi que magna præmia conferre. Qui fuit mortuus, & vivit. Deinde ad majorem tui corroboracionem intueret ad me ipsum, qui tui causa fui mortuus, ita & tu non dubites ob mei amorem mortem subire, nam sicut ego resurrexi, ita & tu resurges ad magnam gloriam.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Ait scio approbando, & multum æstimando. Græci habent: Novi opera tua, tribulationem, & paupertatem, quam ob meum nomen sustines; sed dives es spiritali thesauro gratiæ, ac cæterorum donorum, & blasphemaris: id est, infamaris multis convitiis, & contumeliis tanquam infidelis, ac inimicus legis, ab his qui se dicunt Iudæos esse, & sunt quidem secundum carnem, & non sunt secundum spiritum veri Judæ; cum non confiteantur Christum esse verum deum, quem prædicaverunt, & coluerunt veteres Judæorum Patriarchæ, & Prophetæ; Sed Synagoga Satanæ; sed sunt Congregatio impia Satanæ obediens, & faciens in Christum.

QUESTIO XXVI.

Quænam esset hæc urbs Smyrna? Quisnam iste ejus Episcopus?

Smyrna Græcè è myrrha nomen habet: Quam urbs Smyrnæ. Strabo. Plutarch. Gellius. Smyrna Græcè è myrrha nomen habet: Quam urbs Smyrnæ. Strabo. Plutarch. Gellius. Smyrna Græcè è myrrha nomen habet: Quam urbs Smyrnæ. Strabo. Plutarch. Gellius. Smyrna Græcè è myrrha nomen habet: Quam urbs Smyrnæ. Strabo. Plutarch. Gellius.

Ipse Episcopus, qui hic Angelus appellatur, valde commune est quod fuerit Sancti Polycarpus vir sanctissimus, & omni virtute absolutissimus sine ulla reprehensione, ut patet ex hac Epistola: hic ut scribit D. Hieron. lib. de Script. Ecclesiast. c. & refertur in Breviario die 26. Januarii, extitit Discipulus Joannis Apostoli ab eo Smyrna Episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit. Et quod ipse sit Episcopus hic nominatus, ex multis laudatur. Nam ut hoc tempore jam annis quatuordecim fuerat Christianus, proinde tunc jam poterat esse Episcopus. Anno enim Christi 169. subivit Martyrium, quo tempore edixit Præfidi se jam annos octoginta sex servisse Christo: hæc autem Apocalypsis scripta est anno Domini nonagesimo septimo, ac proinde jam quatuordecim annos fuerat Christianus. Ita cum D. Hieron. sentiant Aureolus, Lyranus, Ribeira, Pererius, Alcazar.

Deinde, S. Joannes post scriptam Apocalypsum veniens ab exilio, utpote jam valde senex ad vicinam Ephesum se contulit, ibique scripsit Evangelium, ac paulò post ibidem mortuus est. Unde non videtur Smyrnæ post hæc tempora fuisse, ut ibi crearet Episcopum. Tandem tertiò hæc persecutiones, & odia Judæorum, quæ hic recenset Joannes, valde congruunt S. Polycarpo, cujus tempore multi Martyres Smyrnæ effecti sunt, ut narrat Euseb. lib. 4. Hist. c. 15. unde vers. sequenti, ubi nostra Vulgata habet,

199.

200.

201.

202.

N